



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Cunibertus Ep. 12. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

12. NOV. VITÆ SANCTORUM. 707
huic MARTINUM inter beatarum-
mentum plausus cantusque ad se evoca-
re. Conditionis tamen suæ memor, non
nisi cineri incubans mori voluit. At ex
hoc cinere suus cælo Phœnix prodiit. Ex
Sulp.

Ecce Redemptori minimè sufficit, quod
in extremo iudicio dicturum se perhibuit.
Quod fecistis unz de fratribus his meis mi-
nimis, mihi fecistis; nisi & ante iudicium
demonstraret, quæ quisque nunc bona opera
indigentibus exhibet, ei hæc specialiter
impendi, cuius hac amore exhibuerit.
S. Greg. hom. 39.

S. CUNIBERTUS EP. 12. Novembris.

U Trumque CUNIBERTUS, & qui
adolescens rapere in se oculos possit,
& quid amare oculi in adolescentie de-
beant, docebit. Nam si è pulchro cor-
pore gratior venit virtus, gratissima
e CUNIBERTO venevit necesse est, a-
dolescentulo, in quo & forma rara, &
indoles elegans, & mores suavissimi-
certamen de palmâ videntur suscepisse.
Mequidem judice his omnibus imperavit
ultima in generoso adolescentie animi
demissio, quâ nobilissimus æqualium
suorum flosculus ad infima etiam obfe-
quia descendere non erubuit, neque jam
aut calceos purgare, aut purgatos indu-
cere aliis abhorruit. Talis facile regis.

Xy. 2

Da-

708 VITÆ SANCTORUM. 13. Nov.
Dagoberti (cujus inter ephebos agebat)
oculos cepit, tunc præsertim, cùm dor-
mienti cælum inusitatâ luce advigilate
perspexit. Nam post hoc ipsorum su-
perum testimonium non potuit quin ca-
stissimè amplexatus dulcissimeque deos-
culatus CUNIBERTUM in filium rex adopta-
ret. Sed ambivit nobiliorem hereditatem
cæli capax animulus, mundoque valere
jusso, Deo & aris se addixit. Ab his ad
Pontificatum Coloniensem electus est,
bonis utique avibus, quando sacrificantis
caput ambire candidissima è cælo colum-
ba visa est. Obiit cæli delicium, & amor
civium, anno DCLXIII. & amare se vicis-
sim hos mortuus ostendit, cùm graßlan-
tem urbe ignem, & jam D. Petri basili-
cam expugnantem, pressit domuitque.
Neque mirum hoc nobis videtur; majo-
res & Veneris flamas puer jam vicit.

Ex Surio.

*His qui ex Deo sunt, omni te obdientia
& humilitate substerne, ut, qui in te Chri-
stum querunt, Christum inveniant, & in
mansuetudine, quam exteriores viderint, an-
torem mansuetudinis in tuo meotis felio
præsidere deprehendant. S. Pet. Dam. l.6.
Epist. 30.*

S. MAXELENDIS V. M.
13. Novembris.

SUPRA & sexum & ætatem MAXEL-
LENDIS Cameracensis virguncula
sapuit,